10. Cum videris lauta prandia, cænas, delicias, fraudem, tumultum, inconditas voces, recordare Domini dicentis : *Væ vobis, qui saturati estis, quia esuriatis : væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis* (*Luc. 6. 25*). Cum videris choreas agentes, ludentes, et dæmonum cantica recitantes, ingemisce, et cum lacrymis recordare Davidis dicentis : *Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant* (*Psal. 81. 5*) ; et Isaie prophetæ sic loquentis : *Væ qui surgunt mane, et sinceram sequuntur : qui exspectant vesperam, cum citharis, et psalteriis, et tympanis, et fistulis, bibentes vinum ; opera autem Dei non vident, et opera manuum ejus non considerant* (*Isai. 5. 11. 12*). In summa quando scandalum quodlibet videris, memento Domini dicentis : *Væ mundo a scandalis : impossibile autem est ut non veniant scandala ; væ autem illi, per quem scandala venient* (*Matth. 18. 7. Luc. 17. 1*). Sed quid ad hæc dicunt homines gravi corde, qui quærent mendacium ? Non est malum, inquit, ani-

¹ Alias legitur, *ardens*, pro, *negotiator*.

τότε εἶπεν, "Ὅτι καιρὸς ἐγγύς ἐστι· νῦν ἔστηκε, καὶ πάντες θεωροῦμεν. Ὁρᾷς, πόση σπουδὴ τοῦ Δεσπότη περὶ ψευδοδιδασκάλων καὶ αἰρετικῶν τοῦ ἀπογυμνῶσαι, καὶ δεῖξαι ἡμῖν τὸν κεκρυμμένον ἐν αὐτοῖς δόλον; Διὰ καὶ πρὸ τῶν σημείων ἐν τῇ ἐρωτῇ τῶν μαθητῶν, τούτους προήγαγεν ὡς λύκους τῆς ποίμνης καὶ τοῦ Ἀντιχρίστου προδρόμους· εἴτα προεῖπε τὰ ἀκόλουθα, πολέμους καὶ ἀκαταστασίας, ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλείαν ἐπὶ βασιλείαν· ἅπερ ὁρῶντες νῦν, οὐ συνίμεν, βλέποντες κατὰ τόπους πολέμους, καὶ λιμούς, καὶ φόβητρα, καὶ σημεῖα ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰ λοιπὰ ἅπερ εἶρηκεν, τὰ πλείστα ὁρῶντες, οὐ συνίμεν. Τότε, φησὶ, *σκανδαλισθήσονται πολλοί, καὶ ἀλλήλους παραδώσουσι*. Καὶ ποῦ νῦν οὐκ ἔστι προδοσία; οὐχὶ πάντες σχεδὸν κατ' ἀλλήλων γεγόνاسιν, καὶ μισοῦσιν ἀλλήλους; Καὶ τοῦτο πεπλήρωται, καθὼς ὁρῶμεν. Οὐχὶ πάντες κατ' ἀλλήλων γεγόνασιν, ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν, ἄρχοντες κατὰ τῶν ὁμοίων, ἐπίσκοποι κατὰ ἐπισκόπων, πρεσβύτεροι κατὰ πρεσβυτέρων, καὶ διάκονοι κατὰ διακόνων, ἀναγνώσται κατ' ἀλλήλων, λαῖκοι κατὰ λαϊκῶν; Διὰ γὰρ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγῆσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. Διὰ τοῦτο προεῖπεν ὁ Δεσπότης· Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς, καὶ, *οὐ μὴ πλανηθῆτε*. Ἐτερον δὲ πάλιν σημεῖον προεβλήκει λέγων· *Καὶ κηρυχθήσεται τοῦτο τὸ Εὐαγγέλιον ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι*. Καὶ τότε προσδέχου τὸ τέλος, προσδόκα ἰδεῖν βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸν υἱὸν τῆς ἀπωλείας, δι' ὃν γενήσεται θλίψις πολλὴ καὶ μεγάλη, οἷα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς τοῦ κόσμου. Καὶ πάλιν λέγει· *Ἐγερθήσονται ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα καὶ τέρατα, ὥστε, εἰ δυνατὸν, πλανῆσθαι καὶ τοὺς ἐκλεκτούς*. Ὅρα δὲ, πῶς ἄνω καὶ κάτω τοὺς ψευδοπροφῆτας καὶ ψευδοδιδασκάλους καὶ ψευδαποστόλους τοῦ Ἀντιχρίστου υἱοῦ τῆς ἀπωλείας, οἵτινες διὰ τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων προχειρίζονται, καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐνεργοῦμενοι, πρόδρομοι γίνονται τοῦ Ἀντιχρίστου καὶ ἀντικειμένου· καὶ διὰ τῶν ἰδίων δογματῶν ἀπατήσουσι, καὶ ἐτοιμάσουσι λαὸν ἐπιτήδειον πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀπωλείας.

Θ'. Διὰ τοῦτο ἡ θεία Γραφή, ἀδελφοί, ἄνω καὶ κάτω κράζει ὅτι πολλοὶ πλάνοι ἐξῆλθον εἰς τὸν κόσμον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δεσπότης ἐπήγαγε τὸ, *Ἴδου προεῖρηκα ὑμῖν*. Νοεῖν δὲ ἡμᾶς χρὴ τὸν νοῦν ἐκάστης λέξεως. *Ἴδου προεῖρηκα ὑμῖν*· τουτέστιν, ἀπάρτι πρόφασιν οὐκ ἔχετε. *Ἴδου προεῖρηκα ὑμῖν*· ἐὰν πλανήσωσί τινα ἐξ ὑμῶν, ἀσύγγνωστος ἔσται. *Ἴδου προεῖρηκα ὑμῖν*· εὐλογον πρόφασιν οὐδεὶς ἔχει. *Ἴδου προεῖρηκα ὑμῖν πάντα*· *Βλέπετε, μὴ πλανηθῆτε*. Ὁρᾶτε, μὴ ἄλλον ψευδόχριστον δέξησθε ἀντὶ ἐμοῦ τοῦ ἀληθινοῦ. Πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐν τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες· ὅτι Ἐγὼ εἰμι ὁ Χριστός, καὶ πολλοὺς πλανήσουσι· καὶ, *Ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστι*. Μὴ οὖν πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν. Ὁρᾶτε, πόσος ὁ λόγος ἐν ἀγίαις Γραφαῖς περὶ τῶν τοιούτων. Διὰ τοῦτο πολλάκις ὑμᾶς ὑπέμνησα περὶ τῶν ἀθέων αἰρετικῶν, καὶ τανῦν παρακαλῶ, τοῦ μὴ συγκαταβῆναι αὐτοῖς ἐν τινὶ πράγματι, μὴ ἐν βρώμασιν, ἢ ἐν πόμασιν, ἢ φιλίᾳ ἢ σχέσει, ἢ ἀγάπῃ ἢ εἰρήνῃ. Ὁ γὰρ ἐν τούτοις ἀπατῶμενος, καὶ συγκαταβαίνων αὐτοῖς, ἀλλότριον ἑαυτὸν καθίστησι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας. Ὁ δὲ ἀληθινὸς καὶ ἁδολὸς μαθητὴς τοῦ Θεοῦ μετὰ παρρησίας κράζει· *Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω*· καὶ τὰ τοῦ Δαυὶδ ψάλλει· *Κύριε, οὐχὶ [83] τοὺς μισοῦντάς σε ἐμίσουν, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξεστηκόμην; τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς*. Φρίξατε καὶ τρομάξατε οἱ τὰς ἀγάπας μετ' αὐτῶν ποιοῦντες, καὶ διορθώσασθε, ἵνα μὴ ἀπόλησθε ταῖς ἀσεβείαις αὐτῶν. Ἀρμόζει δὲ καὶ ἐνταῦθα τὸ, *Ἴδου προεῖρηκα ὑμῖν*. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν, τὰ περὶ τῆς συντελείας ἀναπληροῦντες. Καὶ ἵνα συντόμως εἰπῶ· τὰ προειρημένα σημεῖα ἐπληρώθησαν· λοιπὸν χρὴ ἔτοιμον εἶναι καὶ παρεσκευασμένον, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν πλεῖον τῶν γεγραμμένων. Πολλοὶ ἀμαθεῖς καὶ ἀστῆρικτοι γεγόνασιν οἱ στρεβλοῦντες τὰς θείας Γραφάς· ὅρα δὲ σὺ, μὴ πιστεύσης αὐτοῖς. Πολλὴ κακία, πολλὴ πονηρία ἐκκέχυται ἐπὶ τῆς γῆς, πολλὰ σκάνδαλα· Ἠλέπε δὲ σὺ, μὴ ἀπατηθῆς· μὴ ἐκκλίνῃς εἰς τὰ δεξιὰ, μηδὲ εἰς τὰ ἀριστερά, ἀλλ' ὁδῷ βασιλικῇ βάδιζε. Ἐχεις πολλοὺς πιστοὺς, ἀγαπητὲ, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ γῆς, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ, μεθ' ὧν πάντοτε συνεῖναι σπεύσων. Ἐχεις ἐκεῖ πανηγύρεις ἀγγέλων, ἔχεις πατριάρχας, προφῆτας, ἀπο-

στόλους, εὐαγγελιστάς· ἔχεις μάρτυρας, ὁσίοις ὁμολογητάς, καὶ τοὺς ἐν μοναχικῷ βίῳ διαπρέψαντας, πληθους· πολλοὺς, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βιβλίῳ ζωῆς. Τούτους πόθησον, τούτους μέμνησαι, τούτων μὴ χωρίζου, τούτων τὴν μνήμην ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἔχε νυκτὸς καὶ ἡμέρας, πάντοτε ἐν ταῖς χερσὶ σου τὰς τούτων βίβλους κατέχων ἀναγίνωσκε, ὅπως εὖρης πολλὴν ὠφέλειαν. Γίνου ἔμπορος· λόγου δικαιοσύνης, ἵνα δύνῃ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν, καὶ τοῖς μυθολόγοις ἐπιτιμᾶν, καὶ τοὺς αἰρετικούς ἐπιστομίζειν, καὶ τοὺς παραπίπτοντας νοθετεῖν καὶ ἐπιστρέφειν. Ἐρεῦνα τὰς θείας Γραφάς, ἵνα ὅταν ἴδῃς ἀκαταστασίαν καὶ σύγχυσιν, μὴ καταπέσης, ἀλλ' ἐπὶ τὴν θείαν Γραφὴν καταφύγῃς. Ὅρα δὲ, μὴ χαυνωθῇς, μηδὲ σαλευθῇς ἀπὸ τοῦ νοός σου. Ὅταν ἴδῃς πολλοὺς ἀσυνετοῦντας, μὴ ξενίζου· δεῖ ταῦτα γενέσθαι. Ὅταν ἴδῃς πολλοὺς ψευδοπροφῆτας, ὑπομνήσθητι τοῦ Δεσπότη λέγοντος, ὅτι *Ἐγερθήσονται ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται*. Ὅταν πλανολόγους, ὑπομνήσθητι τοῦ προφήτου λέγοντος· *Οὐαὶ τοῖς γράφουσι πονηρίαν*. Ὅταν ἴδῃς τοὺς εὐλαβεῖς καὶ πιστοὺς καὶ σοφοὺς ἐξουθενουμένους, τοὺς δὲ ἐναγεῖς καὶ ἀλαζόνας καὶ προδότας καὶ πόρνους προχειριζομένους, ὑπομνήσθητι τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι *Πονηροὶ ἄνθρωποι καὶ γόητες προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι*. Ὅταν ἴδῃς τὴν ἀγίαν Γραφὴν βδελυγθεῖσαν ὑπὸ τῶν εἶναι δοκούντων Χριστιανῶν, καὶ τοὺς λαλοῦντας τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ μισηθέντας, ὑπομνήσθητι τοῦ Κυρίου εἰπόντος· *Εἰ ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, γινώσκετε, ὅτι ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν μεμίσηκεν*. *Εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν*. Ὅταν ἴδῃς λαοὺς ἐπισυντρέχοντας πρὸς τοὺς μυθολόγους καὶ φυλακτογράφους, καὶ γενεαλογίας, καὶ μαντείας, καὶ διδασκαλίας δαιμόνων, καὶ ἐπερωτήσεις πνευμάτων ἀκαθάρτων, μὴ θορυβηθῇς, μηδὲ καταπέσης. Κἂν ἐκ τῶν δοκούντων εἶναι ποιμένων ἐὰν ἴδῃς ταῦτα πράσσοντας, μὴ ἀπογνώσης, ἀλλὰ δακρύσας ὑπομνήσθητι τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι *Ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονται τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνης, καὶ διδασκαλίαις δαιμόνων ἀκαθάρτων*. Καὶ πάλιν λέγει· *Ἔσται καιρὸς, ὅτε τῆς ὑγιαίνουσας διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐπισωρεύσουσι ἑαυτοῖς διδασκάλους, κλυθόμενοι τὴν ἀκοήν· καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοήν ἀποστρέψουσιν, ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται*.

ι'. Ὅταν ἴδῃς ἄριστα πολυτελεῖ, καὶ δεῖπνα, καὶ τρυφὴν, καὶ ἀπάτην, καὶ θόρυβον, καὶ ἀτάκτους φωνάς, ὑπομνήσθητι τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Οὐαὶ οἱ ἐμπεπλησμένοι, ὅτι πεινάσετε*· οὐαὶ οἱ γελῶντες νῦν, ὅτι πενθήσετε. Ὅταν ἴδῃς χορεύοντας, καὶ παίζοντας, καὶ τὰ ἄσματα τῶν δαιμόνων καταλέγοντας, στέναξον, καὶ δακρύσας ὑπομνήσθητι τοῦ Δαυὶδ λέγοντος· *Οὐκ ἔγνωσαν οὐδὲ συνήκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται*· καὶ τοῦ προφήτου Ἠσαΐου λέγοντος· *Οὐαὶ οἱ ἐγειρόμενοι τὸ πρωῒ, καὶ τὸ σίκερα διώκοντες, οἱ μένοντες ὀφὲ, μετὰ κιθαρῶν, καὶ ψαλτηρίων, καὶ τυμπάνων, καὶ αὐλῶν, τὸν οἶνον πίνοντες*· τὰ δὲ ἔργα τοῦ Θεοῦ οὐ βλέπουσι, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ οὐ κατανοοῦσι. Καὶ ἀπλῶς πᾶν σκάνδαλον θεωρῶν γινόμενον, [84] ὑπομνήσθητι τοῦ Δεσπότη λέγοντος· *Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων*· ἀνένδεκτον δὲ ἐστὶ μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται. Ἀλλὰ τί φασιν οἱ βαρυκαρδιοὶ, οἱ ζητοῦντες τὸ ψεῦδος; οὐκ ἔστι κακὸν, λέγοντες, τὸ μετεωρίζεσθαι· τί γὰρ βλάπτει ἡ κιθάρα καὶ τὰ λοιπὰ ὄργανα; Ὡς ἐσχάτης ἀνοίας· ὡς τῆς πονηρᾶς ἐπινοίας τοῦ διαβόλου. Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς, ταῦτα Κύριον ἀνταπόδοτε; Ὁ ἄχραντος Δεσπότης πανταχοῦ ἐνετείλατο, μήτε ὅλως μετεωρίζεσθαι Χριστιανὸν, καὶ σὺ λέγεις, τί βλάπτει ταῦτα; Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πικρὸν γλυκύν· οὐαὶ οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς. Εἰπάτωςαν δὲ ἡμῖν οἱ ἀπαιδεῦτοι, ἐκ ποίας ἱερᾶς Γραφῆς παραστῆσαι δύνανται, ὅτι χρὴ τὸν Χριστιανὸν ποιεῖν ταῦτα τὰ σχήματα; ποῖα βίβλος τῶν ἀγίων, ποῖα Εὐαγγέλια ἐδίδουεν οὕτως ἀσχημονεῖν τοὺς Χριστιανούς; Ἴδου ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία ἀπὸ ἀνατολῶν ἥλιου μέχρι δυσμῶν, καὶ ἀπὸ περάτων τῆς οἰκουμένης κράζει, καὶ διδάσκει, καὶ παραινεῖ, διὰ τε νόμου, καὶ προφητῶν, καὶ ἀποστόλων, καὶ αὐτοῦ τοῦ Δεσπότη, καὶ οὐδαμοῦ

τις εὔρεν, ὅτι ἐπετράπη Χριστιανὸς ποιεῖν ταῦτα τὰ σχήματα. Πόσοι βασιλεῖς καὶ δυνάσται, καὶ σοφοί, καὶ εὐγενεῖς, καὶ ἐνδοξοί, καὶ νομικοί, καὶ δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι, καὶ πτωχοὶ καὶ πλούσιοι, καὶ πρεσβῦται καὶ νέοι; τίς ἐκ τούτων πάντων δύναται ἀποδείξαι ἢ παραστήσαι περὶ τούτων, ὅτι ἐπετράπη ὁ Χριστιανὸς καθαρίζειν, ἢ ὀργεῖσθαι, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ποιεῖν, ὃν προειρήκαμεν; Οὐδεὶς δύναται παραστήσαι. Μηδεὶς πλανᾷ ὑμᾶς· οὐκ ἔστι ταῦτα Χριστιανῶν· ταῦτα ἀλλότρια εἰσι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας· ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου ποιοῦσι. Μηδεὶς, ἀδελφοί μου, πλανᾷ ὑμᾶς· ὅσοι ἐν τούτοις ἐνάγεσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε· Χριστὸς οὐδὲν ὑμᾶς ὠφελήσει. Ἐπανέλθωμεν δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν πρώτην καὶ καλὴν ὁμολογίαν, εἰς ἣν ἐκλήθημεν, ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων, ἐπὶ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων καὶ τοῦ κτίστου τῶν ὁλῶν· αὐτὸς γὰρ τὸ γραμματεῖον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν κατέχει ἐν οὐρανῷ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ καθὼς ἔπραξε καὶ ἐφύλαξε τὴν ὁμολογίαν. Ἐκάστου γὰρ ἡμῶν γεγραμμένοι εἰσὶ, καὶ αἱ συνθήκαι, καὶ ἡ τοῦ διαβόλου ἀποταγή καὶ πρὸς Χριστὸν συνταγή, καὶ τὰ ἔργα ἡμῶν καὶ αἱ πράξεις, καὶ οἱ λόγοι, καὶ τὰ ἐνθυμήματα, καὶ οἱ μετεωρισμοί, καὶ τὰ γέλοια· καὶ πάντα γεγραμμένα ἔχων ἔρχεται ὁ Χριστός. Λοιπὸν οὖν τί βούλει; ψεύσασθαι αὐτῷ; Ἄλλ' οὐκ ἔστι δυνατόν· ἐν γὰρ χειρὶ αὐτοῦ καὶ σὺ καὶ οἱ λόγοι σου. Ἀλλὰ βούλει κρύπτεσθαι; Ἄλλ' οὐκ ἔστι δυνατόν, ἐπειδὴ ἐν χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανῆς ἐνώπιον αὐτοῦ· πάντα δὲ γυμνά καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, καὶ οὐ κρυβήσῃ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Ἐάν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῇ, αὐτὸς ἐκεῖ ἐστίν· ἐάν καταβῇ εἰς τὴν ἄβυσσον, ἐκεῖ πάρεστι. Γέγραπται γάρ, ὅτι Πάντα, ὅσα ἐθέλησεν ὁ Κύριος ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις. Τί οὖν ποιήσωμεν, ἀδελφοί; Στενὰ ἡμῖν πανταχόθεν· αὐτὸς γὰρ γινώσκει τὰ κρύφια τῆς καρδίας καὶ νεφρούς. Φυγεῖν οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ ἐστὶν ὃς ἐξελεῖται ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ. Κρυβῆναι ἀδύνατον· κατέχει γὰρ τὸν γυῖρον τῆς γῆς, καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ, ὡσεὶ ἀκρίδας. Ἀντιστῆναι οὐκ ἔνι, καθὼς γέγραπται, ὅτι Σὺ φοβερός εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεται σοι; Αὐτὸς γὰρ δεσπόζει τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, ὁ μέλλων καταργεῖν πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν καὶ δύναμιν. Ἀπολογία οὐκ ἔνι, οὐδὲ ἀφορμή, οὔτε ἔννοια. Διὰ τοῦτο ἀπὸ περάτων τῆς γῆς ἕως περάτων ἡ θεία Γραφή βοᾷ, καὶ παραινεῖ, καὶ ἐλέγχει, καὶ νουθετεῖ, καὶ διαμαρτύρεται, καὶ ἀπειλεῖ. Διὸ φησὶν ὁ Δεσπότης ἡμῶν· Ὁ ἀθετῶν με, καὶ μὴ λαμβάνων τὰ ρήματά μου, ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν· ὁ λόγος, ὃν ἐλάλησα, κρίνει αὐτόν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Καὶ πάλιν λέγει· Εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν. Ἠκούσατε, ὅτι οὐδεὶς πρόφασιν ἔχει. Οὕτως, ἀδελφοί, στενὰ ἡμῖν πανταχόθεν.

1α'. [85] Ἀλλὰ πάντως τις ἀποκρίνεται, ὅτι Ἰδοὺ ἱκανῶς καθήψω ἡμῶν διὰ τοῦ λόγου, καὶ τὰ σκυθρωπά ὑπέδειξας, καὶ τὰς κολάσεις ὑπέμνησας, καὶ τὰς τιμωρίας διεγράψω, καὶ περισσῶς κατέπληξας καὶ ἐφόδισας. Καὶ οἶδα ἀληθῶς, ὅτι οὕτως ἐστίν· καὶ οἶδα, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν περὶ ἑαυτοῦ λόγον ἀποδώσει τῷ Θεῷ, καὶ ἕκαστος θερίσει ὃ ἐσπείρεν, καὶ ἕκαστος τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει. Ἀλλ' ὡς ταῦτα ἀπήγγειλας, καὶ εἰς μέσον ἤγαγες, καὶ κατέπληξας καὶ ἐφόδισας, ὑπόδειξον ἡμῖν λοιπὸν καὶ τῆς σωτηρίας τὸν τρόπον, ὃς καὶ τῆς πληγῆς τὴν ἱατρίαν· ὡς περ εἶπες τὰ καταπληκτικά, εἶπε καὶ τὰ χαρποία. Ἰδοὺ σωθῆναι θέλω, τί ποιήσω; πῶς σωθῶ; ποῖον τρόπον χρῆσθαι; πρὸς τίνα καταφεύξομαι; Πολλὰ γὰρ ἡμαρτον, καὶ ἐν ἔργοις καὶ ἐν λόγοις, καὶ ἐκουσίως καὶ ἀκουσίως, καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν. Τί οὖν ποιήσω; πῶς σωθῶ; πρὸς τίνα καταφεύξομαι; Ἐγὼ σοι λέγω πρὸς τίνα καταφυγῇς. Ὁ μακάριος Δαυὶδ ὑπέδειξε πρὸς τίνα δεῖ καταφυγεῖν, εἰπὼν· Ὁ Θεὸς ἡμῶν καταφυγή καὶ δύναμις. Τοῦτο ὑπέδειξεν καὶ Ἰωάννης, ὁ μείζων πάντων τῶν προφητῶν, λέγων· Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἶρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Τοῦτο ἀπήγγειλε καὶ ὁ ἄγγελος, λέγων· Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαόν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ὑμῶν· καὶ πάλιν ὁ προφήτης Δαυὶδ λέγει· Κύριε, πρὸς σὲ καταφυγον. Πρὸς τοῦτον καὶ σὺ κατάφυγε τὸν εἰπόντα· Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς· τὸν εἰπόντα, Οὐ χρεῖαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες

ιατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· τὸν εἰπόντα, Μετανοεῖτε· ἡγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· τὸν λέγοντα, Δεῦτε πάντες πρὸς με οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτωμένοι, καὶ ἐγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· τὸν εἰπόντα, Ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας· τὸν λέγοντα, ὅτι Τὸν ἐρχόμενον πρὸς με, οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω· τὸν εἰπόντα διὰ τοῦ προφήτου, Ζῶ ἐγὼ, ὅτι οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν· τὸν εἰπόντα, ὅτι Ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν τῶν βωόντων πρὸς αὐτόν νυκτὸς καὶ ἡμέρας· τὸν εἰπόντα, Χαρὰ γίνεται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἐνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. Πρὸς τοῦτον κατάφυγε μετανοῶν καὶ δακρύων. Μετανόησον, καὶ μὴ διακριθῇς· μετανόησον, καὶ μὴ ἀθυμήσης, μηδὲ ἀπογνώσης σεαυτὸν ἔχοντα σωτηρίας φάρμακα. Ἐν οὐρανῷ χαρὰ γίνεται σου μετανοοῦντος, καὶ σὺ βῆθυμεις; ἄγγελοι σκιρτῶσι, καὶ σὺ νυστάζεις; διὰ σὲ παραγέγονεν ὁ ἱατρὸς τῶν ψυχῶν, καὶ σὺ τὸ τραῦμα κρύπτεις; αὐτὸς κράζει· ἐπιστρέφητε πρὸς με, υἱοὶ ἀνθρώπων, δεῦτε πρὸς με· καὶ σὺ οὐ σπουδάζεις; αὐτὸς κράζει· Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. Ὁ φιланθρωπία Δεσπότης ἀνείκαστος! Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, φησὶν, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς. Θάρσει οὖν, ἁμαρτωλὲ, καὶ μὴ ἀθυμήσης. Σὲ γὰρ ἦλθε καλέσαι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· διὰ σὲ ἐκλινεν οὐρανοὺς, καὶ κατέβη, λέγων· Δεῦτε πρὸς με, πάντες οἱ πεφορτωμένοι. Οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς. Ὅρα δὲ μὴ χαυνωθῇς ἐπὶ τῷ λόγῳ, ἀκούων τὴν αὐτοῦ ἀφατὸν φιλανθρωπίαν· οὐ γὰρ μόνον τὴν κλήσιν ψιλὴν εἶρηκεν, ἀλλὰ προσέθηκε τὸ, Εἰς μετάνοιαν. Οὐ γὰρ ἦλθον, φησὶ, καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν· οὐκ εἰς γέλοια, ἀλλ' εἰς δάκρυα· οὐκ εἰς ἀσχρολογίαν, ἀλλ' εἰς δοξολογίαν· οὐκ εἰς ἀριστα καὶ δεῖπνα καὶ μέθην, ἀλλ' εἰς νηστείαν καὶ ἀγρυπνίαν καὶ δάκρυα· οὐκ εἰς χορεύματα καὶ κιθαρισμοὺς καὶ καταλέγματα, ἀλλ' εἰς πένθος καὶ θλίψιν καὶ στενοχωρίαν, λέγων· Μακάριοι οἱ πενθοῦντες καὶ κλαίοντες, δηλονότι, τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Ἀρξαι οὖν τοῦ μετανοεῖν· βάλε τὴν ἀρχὴν μόνον, καὶ ὁ Θεὸς τῶν μετανοούντων συνεργήσει, καὶ ἐνισχύει σε, καὶ εὐρήσεις χάριν πολλήν, καὶ γενήσεται ἐν σοὶ ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. Πολλὰ ὁδοὶ βίου, καθὼς γέγραπται, καὶ πολλοὶ τρόποι τῆς σωτηρίας. Ὡς πρὸς τὴν θέλεις, σώθητι, μόνον σώθητι. Ἐάν ἔχῃς, ἐλέησον· εἰ δὲ οὐκ ἔχῃς, οὐ ζητεῖ ὁ Θεός. Οὐκ ἔχῃς ἄρτον, οὐκ ἔχῃς ἱμάτιον. Κλῖνον τὰ γόνατα, τύψον τὸ στήθος, κατάγαγε τὰ δάκρυα, στέναξον, πένθησον, ἐκτεινον τὰς χεῖράς σου εἰς τὸν οὐρανόν, ἄρον τὸ ὄμμα σὸν πρὸς [86] τὸν Δεσπότην, νήστευσον, ἀγρύπνησον. Ταῦτα ἔχει πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ἀρνήσασθαι οὐ δύναται· ταῦτα σπουδάσον προσάγειν τῷ Θεῷ πάντοτε. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα μετὰ σκοποῦ καὶ διακρίσεως δεῖ ποιεῖν, ἵνα μὴ εἰς ἀνόνητα τρέχῃς, καὶ εἰς κενὸν κοπιᾷς.

1β'. Ταύτας οὖν τὰς ἀρετὰς ποιῶν, καὶ τῷ Θεῷ προσφέρων τὴν μετάνοιαν, τήρησον ἀκριβῶς καὶ ἐρευνήσον, μήποτε ἔχῃς ἐχθραν κατὰ τινος, καὶ ὁ σκοπὸς σου ἅμα εἰς κενὸν γένηται· ἀλλὰ καθὼς εἶπεν ὁ ἀπόστολος Παῦλος, Μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν ἐργαζόμενοι, καὶ τηροῦντες τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐντολὴν τὴν λέγουσαν· Ἐάν ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τὰ παραπτώματα ὑμῶν. Ἐάν οὖν προσεύχῃ τῷ Θεῷ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, καὶ οὐ χλευάζων καὶ μετεωριζόμενος, τήρησον αὐτοῦ τὴν ἐντολὴν ταύτην, καὶ ἄρες, εἴ τι ἔχῃς κατὰ τινος. Βούλει ἀφεθῆναι σοι τὰ ἴδια παραπτώματα; Ἄφες καὶ σὺ τὰ τοῦ πλησίον. Ἐάν δὲ σὺ οὐκ ἀφῇς τὰ τοῦ ἀδελφοῦ παραπτώματα, οὐδὲ τὰ σὰ ἀφήσει ὁ Δεσπότης· εἶπε γὰρ, ὅτι Ἐάν μὴ ἀφῆσητε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀφήσει τὰ ὑμέτερα. Καὶ οἶδαμεν πάντες, ὅτι οὐ ψεύδεται· ἀψευδὴς γὰρ ἐστὶ, καὶ πιστὸς ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ. Γίνου οὖν ἔτοιμος προσδεχόμενος καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸν ἀπαιτοῦντα τὴν ψυχὴν σου. Μὴ σήμερον μετανόησης, καὶ αὔριον ἐπιλάβῃ· μὴ σήμερον κλαύσης, καὶ αὔριον χορεύσης· μὴ σήμερον νηστεύσης, καὶ αὔριον μεθύων προέλθῃς, περιφερόμενος ὑπὸ πολλῶν· μὴ σήμερον ἀγρυπνήσης, καὶ αὔριον ἀναπέσης· ἀλλὰ τὴν σωτηρίαν σου μερίμνησον, ἕνα στεφανωθῇς. Μὴ νοθεύσης τὴν ἀρετὴν, μὴ περιφύγῃς τὸν κόπον, ἵνα μὴ στερηθῇς τῶν στεφάνων. Μίσησον πᾶσαν χαρὰν τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ. Καὶ εἰπέ μετὰ τοῦ

num relaxare: quid enim damni affert cithara, quid reliqua instrumenta? O summam stultitiam! o malam diaboli cogitationem! Generatio mala et adultera, hoccine Domino retribuitis? Immaculatus Dominus ubique præcipit, ne Christianus unquam his se dedat ludicris; et tu dicis, Quid hæc afferunt damni? *Væ qui dicunt amarum dulce: væ qui ponunt tenebras lucem (Isai. 5. 20).* Dicant vero nobis immorigeri illi, ex quam Scriptura ostendere possint Christiano licere hanc sectari formam? quis sanctorum liber, quæ Evangelia docuere Christianos ita turpiter agere? Ecce Catholica et Apostolica Ecclesia, ab oriente usque ad occidentem, a terminis orbis terrarum clamat, docet, hortatur per legem, per prophetas, per apostolos, perque ipsum Dominum; et nusquam reperies Christiano licere talibus operam dare nugis. Quot sunt reges et principes, sapientes, nobiles, illustres, legisperiti, servi et liberi, pauperes et divites, senes et juvenes? equis illorum omnium possit probare et ostendere, quod Christianis liceat cithara ludere, aut tripudiare, aut simile quidpiam facere? Nullus certe id ostendere possit. Nemo vos seducat: hæc non sunt Christianorum: hæc aliena sunt a Catholica Ecclesia: hæc omnia gentiles faciunt. Nemo, fratres mei, vos seducat: quotquot in his versamini, a gratia excidistis: Christus nihil vobis proderit. Redeamus iterum ad primam et pulchram confessionem, ad quam vocati sumus in conspectu multorum testium, angelorum, hominum, et Creatoris universorum. Ipse namque schedulam confessionis nostræ retinet in cælo, ut reddat unicuique secundum opera sua, et prout confessionem servavit. Uniuscujusque enim nostrum scripta sunt et pacta, et abrenuntiatio diabolo, et fœdus cum Christo initum, nostra quoque opera et gesta, verba, cogitationes, ludi, cachinni: omnia descripta habens venturus est Christus. Quid denique vis? mentiri illi? Id fieri nequit: in manu quippe ejus et tu et verba tua sunt. Sed vis occultari? Verum non potes, quia in manu ejus sunt lines terræ: *Neque est creatura invisibilis in conspectu ejus; sed omnia nuda et aperta sunt oculis ejus (Hebr. 4. 13);* neque occultari poteris a facie ejus. Si ascenderis in cælum, illic ipse est; si descenderis in abyssum, illic adest (*Psal. 138. 8*). Scriptum est enim: *Omnia, quæcumque voluit, Dominus fecit in cælo et in terra, in mari et in omnibus abyssis (Ibid. 134. 6).* Quid ergo faciemus, fratres? Angustiae nos tenent undique: *Ipse enim novit abscondita cordis (Ibid. 43. 22)* et renes. Fugere non licet: neque enim est, qui nos eruat de manibus ejus (*Isai. 43. 13*). Abscondi nemo potest; gyrum enim terræ, et omnes habitantes in illa quasi locustas tenet (*Ibid. 40. 22*). Resistere non possumus, sicut scriptum est: *Tu terribilis es, et quis resistet tibi (Psal. 75. 8)?* Ipse namque dominatur cælestibus, terrestribus et infernis, qui debet destruere omnem principatum et potestatem et virtutem. Excusatio nulla est, nec obtentus, neque consilium. Ideo a finibus usque ad fines terræ divina Scriptura clamat, hortatur, arguit, monet, testificatur, comminatur. Quapropter Dominus noster ait: *Qui despicit me, et non accipit verba mea, ego non judico illum: sed sermo, quem loquutus sum, judicabit illum in novissimo die (Joan. 12. 48).* Rursumque dicit: *Si non venissem, et loquutus fuisset eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo (Ibid. 15. 22).* Audistis quod nemo excusationem habeat. Profecto, fratres, angustiae nobis sunt undique.

11. Sed respondebit quispiam: Satis nos sermone tuo tetigisti, tristitia exhibuisti, supplicia commemorasti, cruciatus descripsisti, et supra modum perculisti ac terruisti. Scio utique rem ita se habere: novi unumquemque nostrum Deo rationem esse redditurum, messurumque quod seminavit, ac proprium onus portaturum esse. Verum ut hæc denuntiasti, et in medium adduxisti, nosque perculisti ac terruisti, salutis quoque modum nobis ostende; vulneri medelam adhibe: ut terribilia dixisti, sic gratiosa enarra. Ecce

salutem consequi volo, quid faciam ut consequar? quo utar modo? ad quem confugiam? Multa namque peccavi, operibus et dictis, volens et imprudens, nocte et die, et in quacumque hora. Quid ergo faciam? quomodo salutem consequar? ad quem confugiam? Ego tibi ad quem confugias dicam. Beatus David ostendit ad quem confugiendum sit, his verbis: *Deus noster refugium et virtus (Psal. 45. 2).* Id ostendit et Joannes, major omnibus prophetis, dicens, *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi (Joan. 1. 29).* Hoc annuntiavit et angelus, dicens: *Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum (Matth. 1. 21);* ac rursus propheta David dicit: *Domine, ad te confugi (Psal. 142. 9).* Ad illum et tu confuge, qui dixit: *Non veni vocare justos, sed peccatores (Matth. 9. 13);* qui dixit: *Non egredior qui sani sunt medico, sed qui male habent (Luc. 5. 31);* qui dixit: *Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cælorum (Matth. 3. 2);* qui ait: *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos (Ibid. 11. 28);* qui dicit: *Potestatem habet Filius hominis super terram dimittendi peccata (Matth. 9. 6);* qui dicit: *Eum, qui venit ad me, non ejiciam foras (Joan. 6. 37);* qui per prophetam dixit: *Vivo ego, quia nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur et vivat (Ezech. 33. 11);* qui dixit: *Faciet vindictam clamantium ad se die ac nocte (Luc. 18. 7);* qui dixit: *Gaudium est in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente (Ibid. 15. 7).* Ad hunc confugito, pœnitentiam agens et lacrymans. Pœnitentiam age, et ne differas: pœnitentiam age, et ne animo deficias neque desperes, cum salutis pharmaca habeas. In cælo gaudium est te pœnitente, et tu torpescis? angeli exsultant, et tu dormitas? propter te Medicus animarum advenit, et tu vulnus occultas? ipse clamat: *Convertimini ad me, filii hominum, venite ad me; et tu non festinas? ipse clamat: Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam (Matth. 9. 13).* O benignitatem Domini inestimabilem! *Non veni vocare justos, inquit, sed peccatores.* Confide ergo, o peccator, et ne desperes. Te namque bonus Pastor vocatum venit; propter te inclinavit cælos, et descendit, dicens: *Venite ad me omnes qui onerati estis: non enim veni vocare justos, sed peccatores (Id. 11. 28).* Vide autem, ne segnior evadas ex hoc sermone, audiens ejus ineffabilem clementiam: neque enim simplicem vocationem dixit, sed addidit, *Ad pœnitentiam.* *Non enim, inquit, veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam: non ad risum, sed ad lacrymas; non ad turpia verba, sed ad Deum glorificandum; non ad prandia et cœnas et ebrietatem, sed ad jejunium, vigiliis et lacrymas; non ad choreas saltantium et citharas et cantilenas, sed ad luctum, tribulationem et angustias, dicens: Beati qui lugent et flet (Id. 5. 5),* scilicet peccata sua. Incipe ergo pœnitentiam agere: pone principium tantum, et Deus pœnitentium tecum operabitur, te roborabit, et gratiam multam invenies, eritque in te super mel et favum. Multæ viæ vitæ, sicut scriptum est, et multi modi salutis: quo volueris modo, salutem consequere. Si possis, da elemosynam; si non possis, id Deus non requirit. Non habes panem, non habes vestimentum? Genua flecte, pectus tunde, funde lacrymas, ingemisce, luge, extende manus tuas ad cælum, oculos ad Dominum attolle, jejuna, vigila. Hæc omnes possunt homines, nec negare valent: hæc studeas semper Deo offerre. Verum hæc cum discretionem fiant oportet, ne inutiliter curras, et in vanum defatigeris.

12. Has itaque virtutes exercens, et Deo pœnitentiam offerens, observa diligenter et scrutare, num inimicitiam adversus aliquem habeas, ne studium tuum in vanum abeat; sed, ut dixit apostolus Paulus, *Cum timore et tremore salutem nostram operantes (Philipp. 2. 12);* et Christi præceptum servantes, qui dicit: *Si dimiseritis hominibus peccata sua, dimittet et Pater vester cælestis peccata vestra (Matth. 6. 14).* Si ergo Deum toto corde precaris, nec risui et fastui deditus es, hoc ejus præceptum servato, et si

quid contra quempiam habeas, dimitte illi. Vis dimitti tibi peccata? Dimitte tu proximo. Si tu non dimittas fratri tuo peccata, neque tua tibi Dominus dimittet; dixit enim: *Nisi remiseritis hominibus peccata sua, neque Pater vester cælestis remittet vestra* (Matth. 6. 15). Novimusque omnes ipsum non mentiri: verax enim est et fidelis in omnibus verbis suis. Paratus igitur esto, exspectans quotidie eum, qui repetet animam tuam. Ne hodie poenitentiam agas, et cras agere obliviscaris: ne hodie fleas, et cras choreas agas: ne hodie jejunes, et cras ebrius a multis exporteris: ne hodie vigiles, et cras concidas; sed salutem cura tuam, ut coroneris. Ne virtutem adulteres, ne laborem refugias, ne coronis priveris. Omne gaudium hujus sæculi odio habeas, necnon gloriam ejus; et dic cum Davide: *Iniquitatem odio habui et abominatus sum, legem autem tuam dilexi. Ab omni via mala prohibui pedes meos. Juravi et statui, ut custodiam mandata tua* (Psal. 118. 163. 101. 106). Cura semper ut paratus sis, ut cum venerit is qui repetet animam tuam, te in poenitentia paratum inveniat: et ego promitto tibi, quod te ab iis qui salutem nacturi sunt, non te segregaturus sit. Serva semper Domini mandatum illud: *Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem* (Matth. 26. 41). Rursumque ait: *Estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet* (Id. 24. 44). Audi quoque Apostolum dicentem: *Sine intermissione orate* (1. Thess. 5. 17). Cogitate quid sit illud, *Sine intermissione*; id est, semper, in omni tempore, nocte et die, vespere, mane et meridie, atque omni hora; sive opereris sive iter agas, sive gregem cures sive terram sulces, sive decumbas sive e lecto surgas. Ne exspectes Dominicam, vel festum, aut loci differentiam. Deus enim non loco circumscribitur: nam *In manu ejus sunt fines terræ* (Psal. 94. 4). Ideo propheta David per singulos dies et noctes orans, non exspectabat diem, nec loci discrimen, sed lacrymans dicebat, suam hortans animam: *In omni loco dominationis ejus, benedic, anima mea, Dominum* (Psal. 102. 22). Et tu, carissime, ne exspectes horam, aut diem, aut loci discrimen; sed, ut supra dictum est, in omni loco, et in domo tua precare: in ecclesia quoque precare, et quocumque in loco sis precare, in omni loco domi-

nationis Dei. *Auribus percipite omnes qui habitatis orbem, simul in unum dives et pauper* (Psal. 48. 2. 3), sive mas, sive femina, sive turba, juvenes et virgines, senes cum junioribus, reges terræ et omnes judices terræ, audite id quod scriptum est: *Tempus breve est, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint* (1. Cor. 7. 29). *Abnegetis Impietatem et sæcularia desideria; sobrie et juste et pie vivamus in hoc sæculo, in futuro exspectantes beatam spem et adventum gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi* (Tit. 2. 12. 13). Mementote mei semper, fratres, et servate traditiones quas accepistis a beatis viris, a prophetis, ab apostolis, et a Domino universorum. In exemplum afflictionis et perseverantiæ habeatis prophetas; patientiæ, Jobum; castitatis, Josephum; discretionis, Danielelem; caritatis, Dominum nostrum Jesum Christum, qui dedit semetipsum pro nobis; poenitentiae, Dei patrem Davidem. Hic enim nobis poenitentiae exemplar fuit, admonens et exhortans nos his verbis: *Venite, filii, audite me* (Psal. 33. 12); et ego vobis poenitentiae modum ostendam: quoniam ego aliquando lapsus sum, sed per poenitentiam surrexi: et agnosco Domini benignitatem; novi ipsum eos, qui sincere poenitentiam agunt, supinis manibus excipere: non potest enim Dominus mentiri. Audi enim illum dicentem: *Quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita* (Ibid. 88. 35). Nam cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt (Matth. 24. 35). *Semel juravi in sancto meo* (Psal. 88. 36): *Vivo ego, qui nolo mortem peccatoris* (Ezech. 33. 11). Audistis quod per semetipsum juraverit ille amator hominum. Ideo hortor omnes: *Venite, filii, audite me*: et dum tempus est nobis, festinemus, antequam veniat dies Domini magnus: *Præoccupemus faciem ejus in confessione. Venite, adoremus et procidamus ante Dominum, qui fecit nos* (Psal. 94. 2. 6). Quoniam ipse fecit nos, ipse *Misereatur nostri, et benedicat nobis; illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri* (Psal. 66. 2). Ipse namque est Deus poenitentium, ipse nos poenitentes recipit, ipse pascit: ipsi gloria et imperium et omnis gratiarum actio, Patri et Filio et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

Ineptum nugacissimi Græculi opusculum, non sine nausea ad fidem duorum Codicum Mss. emendatum hic tandem proferimus: indignum, Tillemontii judicio, p. 393, quod legatur vel intelligatur. Erat certe ἰδιώτης, infacundus et linguæ Græcæ imperitissimus, qui talem opellam emisit, et Chrysostomo adscribere ausus est. Et tamen illam commentariis et notis illustrare conati sunt viri inter litteratos principes, Julius Cæsar Bulengerus et Claudius Salmasius; quia in comparatione illa inepta de circo visibili, quem ipse σωματικὸν vocat, cum circo intelligibili, sive πνευματικῷ, multas adhibet voces ad ludos cir-

ORATIO DE CIRCO (a).

Stadium nobis hodie spirituale et cursus cælestis apertus est iis, qui ad spiritus spectaculum parati sunt; non secundum hominem de terra terrenum, sed secundum hominem spiritualem et cælestem: ubi currendum quidem est in terra, sed spectandum est cælum. Hoc tractandum suscepi, ut spectaculorum amantes redarguerem, qui spirituale salutis specta-

culum despiciunt, et corporalem¹ nequitiae hippodromum, seu potius satanodromum ipsi anteponunt. Tu vero, dilecte, diligenter potius tranquillum illum Ecclesiæ hippodromum intueri, ubi Paulus decertat, non euripi et camporum orbes decurrens, sed a Jerosolyma usque ad Illyricum circumquaque evangelium pleno cursu prædicans (Rom. 15. 19): ubi Elias currum illum ducit, de quo dictum est: Currus,

(a) Collata cum Codice Regio bombycino num. 2553, et cum altero exemplari Ms. recentiore, quod ponet nos est.

¹ Duo Mss. legunt, *spiritualem*; minus recte.

judicio justior es omnibus? *Non sum sicut cæteri hominum.* Quid agis, Pharisæ? Noli nomen naturæ commune spectare: immutabilis enim ille atque hominum amator factus est homo: saltem ubi illud tecum reputaveris, arrogantia ista dicta ne proferas. Dic potius, *Ut nonnulli hominum, non autem, Ut cæteri hominum, raptores, injusti, adulteri.* Omnesne raptores, præter te unum, Pharisæ? omnes injusti, tu vero solus es justus? omnes adulteri, tu vero solus actiones temperantiæ laude dignas edis? *Non sum sicut cæteri hominum, raptores, injusti, adulteri: velut etiam hic publicanus.* Jam ecce mens hominis producere penas incepit: jam in cælum animæ alas quatit. Quid tu ipsum deorsum pertrahis gravitate verborum? et confessionem ad illum hominum amatorem vetas evolare? quid insultas jacenti? quid in illius ignem ligna struis (*Eccli. 8. 4*)? quid accusas illum sine remissione conscientiam verberantem? *Velut etiam hic publicanus.* Quid vero facientem, mi homo, publicanum vidisti? num la rocinantem, alienos labores complantem, aliena depradantem? metentem, ubi non seminavit, et congregantem, ubi non sparsit? expandentem rete viatoribus? Nihil tale vidisti, Pharisæ; sed intueris speciem miserabilem, commiseratione ac subsidio dignam. Jacet enim vultu in terram prostrato, pectus ut malorum officinam torquet, oculos tollere in cælum non audet, fortasse ab ipsis etiam astris accusari se putat; vel delictorum potius multitudinem esse scriptam existimat in firmamento: longe seipsum a templo, quasi judicatum removit: Miserere, clamavit, ut jam condemnatus. Non legisti, quod scriptum est, *Non exasperes virum in inopia sua (Eccli. 4. 25)*? Inops enim est, atque omni ex parte in angustias redactus: circumdederunt eum cogitationes instar multitudinis accusatorum: dexteram ad pectus verberandum conscientia commodato accepit: sui ipsius carnificem seipsum reddidit. Non te ille inflectit contremiscens? non te ad commiserationem provocat vultu sic ad terram demisso? non inhumanam emollit mentem tuam, dum suspicere cælum non audet? Enimvero tum quidem, cum publicani munus obibat, ejusmodi te in illum jactare voces oportebat: tum enim ipsum decebat non a te modo probis, sed a quovis inaccessi. Jam vero eum sua mala damnavit, cum animadversis animæ suæ vulneribus ad medicum gratis sanantem cucurrit, cum delictorum recordatus ad Dominum immemorem malorum confugit, tunc ipsi supervacaneæ insultas, Pharisæ? *Neque velut hic publicanus.* Annon sunt alii publicani, qui nondum dulcem pœnitentiæ luctum amplexi sunt? Si te tanta cupiditas tenet insectandi peccatores, linguam in illos converte, qui rapacitatis adhuc sunt retribus implicati. Adversus hunc quidem supervacanea est hæc hostilitas tua. Non enim tantum homini nocere non poteris, sed et Dominum ad promptiorem in illum demonstrandam indulgentiam provocabis.

2. *Publicanus autem a longe stans, volebat nec oculos ad cælum levare (Luc. 18. 13).* Omnino Manasse vocem et ipse mittebat: *Non sum dignus intueri et aspicere altitudinem cæli, præ multitudine iniquitatum mearum (a).* Multa siquidem erant in anima publicani mala congregata, cupiditas pecuniarum inexplebilis, injuriarum desiderium nullis terminis circumscriptum, rapacitas nullo fine conclusa; naturæ humanæ malum commune publicanus, legitimus injustus, raptor qui accusari non potest, fur impavidus, latro extra omnem aleam positus criminationum, noxa pene inevitabilis, ratione præditarum ovium lupus, humanam habens formam bellua. Cum tantis ascendit in templum malis publicanus. Nam cum hæc omnia perpetrasset facinora, gravemque sibi ac laboriosam effecisset oneris illius excussionem, agili tamen acriter mente pollebat, et invenit speciem libertatis: recordatus enim est illius Domini vocis ita peccatoribus

(a) Hæc habentur in Oratione Manasse, quæ in fine Bibliorum præsit, inter apocrypha censetur.

proclamantis: *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos (Matth. 11. 28).* Hujus vocis recordatus, cum onere malorum in Dei templum se contulit: cum vero obtorpuisset deinceps, neque sustinere amplius posset, in faciem continuo cecidit, et illis vocibus Dominum compellavit: *Propitius esto mihi peccatori.* Omni opere bono sum prorsus destitutus, malis meis conturbor, super numerum arenæ maris factæ sunt iniquitates meæ, multiplicatæ sunt super capillos capitis mei. Jam tuum video tribunal, eorum qui a me sunt injuriis affecti clamoribus personare: ante thronos tuos, Domine, fore ut aperti libri ponantur, audiui, in quibus laud dubium, quin et viatorum gemitus sint conscripti. Nullum est genus injustitiæ, quod tuam cognitionem nulla largitione corruptam effugerit: jam mihi tempus defensionis non superest, fugæ nullus relictus est locus. Susplicero cælum non audeo; ipsam etiam terram pertimesco, velut testem et arbitrum actionum mearum. Magnum enim peccatorem res etiam ipsæ anima carentes accusant. Quamobrem ad te omnium Dominum recurrens, hanc unam auxiliatricem reperi supplicationem: *Deus, propitius esto mihi peccatori.* Multa quidem est malorum meorum summa, sed quid hoc ad pelagus tuæ bonitatis? Ut salvus fiam, apud homines est impossibile; verum apud te omnia possible sunt, Domine. Enimvero si propter justos in terram venisti, frustra telonium detestatus, ad tuum templum accurri: sin autem etiam peccatorum rationem aliquam habens, quin eorum potius causa inter creaturas peregrinatus es, ne sinas ut ea quæ in te posita sit spes, infringatur et evanescat; sed contritum sana cor meum, et me peccatis enecatam ad vitam revoca. Contigit olim te meretrix, et malorum sordes absterxit: fidei mulierculæ simbriam commodasti, et sanguinis stagnum exsiccasti: ad jacentem paralyticum accessisti, et lecti vectorem reddidisti: cæcum præteriens vidisti, et pristinum visus decus restitisti: etenim corporis quidem defectum luto inunxisti, qui vas illud e luto reparasti; lumini autem aditum reserasti, simulque homini rerum creaturarum pulchritudinem ostendisti. Tu mulierem collacrymantem vidisti, atque ante tempus resurrectionis infernum flagellasti, dum inde Lazarum eduxisti, dum tamquam ex leonis faucibus a morte raptum hominem revexisti. Tu cum hominem tibi procidentem ad pedes conspicatus esses duræ liberorum orbitatis naufragio pene absorptum, continuo precibus inflexus es, ac puellulam vocasti; quam ubi primum inclamasti, surrexit quidem puella, mors autem aufugit. Clamavit et post te mulier Chananaea, cum a dæmone suam filiulam discerpi videret, et cum magna voce, *Miserere (Matth. 15. 22)*, dixisset, spe sua non exedit: fidem enim ejus amplexus, lupum ab ove repulisti, ac rabiosum inquilinum exegisti: cumque puellula tuo munere ad sanam mentem redisset, luctum parentis sedasti. Pauculis panibus in deserto multitudinem nutristi. Esurio et ego justitiæ esurie; perexiguam micam tuæ benignitatis exposco; mei quoque ut unius ex illis commemoratis misere-re. Animam habeo maculis notisque compunctam, non secus ac meretrix, prius quam pœnitentia duceretur: omnibus sum detestabilis, non secus ac mulier sanguinis fluxu laborans, quæ antequam sanaretur, reputabatur immunda: majore paralyti laborat anima mea, quam paralytici corpus: excecatus animæ oculos habeo, sicut corporis a nativitate cæcus: peccatis enecat sum, animam habens corporis membris conclusam, non secus ac Lazarum sepulcrum habebat; omnibus pene videor malis onustus. Verum qui omnium misereris, mei quoque te misereat. *Deus, propitius esto mihi peccatori.* Quid ergo contra Judex benignus? quid munificus Agonotheta cursorum, qui in stadio pœnitentiæ currunt? Et Phariseo se jactante sustinuit, et publicano pœnitente delectatus est: postquam autem hic quidem verbis